Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tu formidinem: spes mea
in die afflictionis mee.
Confundantur qui me
persequuntur: et non confun-
dar ego. Paveant illi
et non paveam ego. In-
duc super eos diem afflic-
tionis et duplici contricione
contere eos domine deus noster.
In illo tempore. Secundum Johannem.
Collegerunt pontifices
et pharisei concilium et di-
cebant. Quid facimus
quia hic homo multa
signa facit: Si dimitti-
mus eum sic omnes credent
in eum. et venient roma-
ni et tollent nostrum locum
et gentem. Unus autem ex
[nomine] ipsis cayphas cum esset
pontifex anni illius di-
xit eis. Vos nescitis
quicquam nec cogitatis
quia expedit vobis ut
unus moriatur homo pro
populo et non tota gens
pereat. Hoc autem a semetipso
non dixit. sed cum esset
pontifex anni illius
prophetavit quia ihesus mo-
riturus erat pro gente.
et non tantum pro gente. sed
ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in u-
num. Ab illo ergo die
cogitaverunt ut interfice-
rent eum. Ihesus ergo iam
non palam ambula-
bat apud iudeos: sed abi-
it in regionem iuxta de-
sertum in civitatem que dicitur
effrem. et ibi morabatur
cum discipulis suis.
Sabbato lectio Jeremie prophete
In diebus illis dixerunt
impii iudei ad invicem.
Venite cogitemus contra
iustum cogitaciones.
Non enim peribit lex a sacer-
dote neque consilium a sa-
piente. neque sermo a pro-
pheta. Venite et percuti-
amus eum lingua et
non attendamus ad u-